Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbéo 24 (57)

In nomine dni amen: Anno natiuitatis eiusdem Millesimo quingent^mo sexto Indictione nona die xj mensis nouembris, Actum in Castro Casalis videlicet in Camera
deaurata, Presentibus Mag^co dno Camillo de sancto georgio ex Comitibus blandrate Marchionali preside, Mag^co dno Benuenuto de s^to georgio
ex Comitibus blandrate, equite hierosolimitano: dno Theodoro de sancto georgio marchionali primo Camerario, Sp^li Nicolao de ortimano
marchio^li Camerario: Egregijs dno Petro vinea marchio^li procure fiscali, et Aluysio vulpo mar^li secret^rio, testibus notis et Idoneis
ad omnia et singula ipsa vocatis spaliter et rogatis. In quorum quidem testium et mei ipsius notarij presentia, Constitutus ante
conspectum Illustrissimi Principis, et ex^mi dni Gulielmi Marchionis Montisferrati etc nobilis Joannesgabuel natta filius quon Sp^lis Jacobi
nate suo nomine, ac coniunctorio nomine nobilis Hectoris fratris sui minoris annorum quatuordecim pro quo promisit et promittit
de rato infra quattuor menses postquam peruenerit ad etatem legitimam, Exposuit sue ex^tie sicuti proximis mensibus ellapsis mortuus est
no^lis Alexander natta ipsorum Joannisgabuelis et hectoris frater, qui ab Illu^ma dnatione sua fuerat Inuestitus de suis portionibus feudalibus
locorum et Castrorum Longi Insule Baldischi Lazaroni et Bozolarum, quequidem portiones omnes, quia decessit absque filijs legitimis
et naturalibus, ad ipsos Joannemgabuelem et Hectorem spectant et pertinent tamquam ad proximiores in gradu succedendi, Et ga debitum
sui esse cognoscunt, vt de ipsis portionibus feudalibus dicti quon Alexandri suam Illu^mas dnationem recognoscant, Ideo ipse Jo: gabuel
suo et dicto nomine supplicauit p^to Illu^mo dno Marchioni dignaretur eum de dictis portionibus feudalibus suo et dicto nomine Inuestire,
his modis et formis quibus dictus quon Alexander fuerat Inuestitus, Offerens se paratum suo et dicto nomine ipsam Inuestituram recipere
et fidelitatis Iuramentum prestare, et alia facere ad que tenentur et debent: Prefatus autem Illu^mus dns Marchio Attendens huiusmodi requisitionem
Iuridicam et honestam esse, participato prius suorum procerum et consiliariorum consilio et apparere, predictum Joannemgabuelem coram sua
ex^tia flexis genibus constitutum sic petentem, et requirentem, ac acceptantem suo, et dicto nomine de suprascriptis portionibus feudalibus dictorum
castrorum et locorum Longi Insule Baldischi Lazaroni et Bozolarum que fuerant dicti quon Alexandri, cum vna spata, quam suis
tenebat manibus Inuestiuit et presentialiter Inuestit, his modis et formis quibus dictus quon Alexander fuerant Inuestitus, Iure tamen feudi
superioritatis et alti dominij prefati Illu^mi domini Marchionis semper saluo: Quaquidem Inuestitura sic vt premittitur facta predictus Jo: gabuel
suo et dicto nomine prestitit solemne fidelitatis Iuramentum, Iurans ad sancta dei euangelia tactis corporaliter scripturis in manibus prefati Illu^mi
domini Marchionis, in animam suam, et dicti Hectoris fris sui, quod ipse et dictus Hector, erunt p^to Illu^mo dno Marchioni, suisque ill^ibus
heredibus et successoribus boni et fideles vasalli; nihilque vnquam dicent facient tractabunt vel machinabuntur, neque consentient dicenti tractanti uel
machinanti, quod sit contra personam statum et honorem p^ti Illu^mi domini Marchionis, suorumque ill^ium heredum et successorum, Immo si talia dici fieri
vel tractari sentient totis viribus impedient ne fiant: et nihilominus ea omnia p^to Illu^mo domino Marchioni, suisque ill^ibus heredibus, et
successoribus vel personaliter vel per fidum nuntium fideliter Intimabunt: Et demum ea omnia dicent facient obseruabunt et adimplebunt
que vnusquisque bonus et fidelis vasallus pro suo vero alto et naturali dno facere tenetur et debet, et que in capitulis veteris
et noue forme fidelitatis plenius continentur. Precipiens p^tus Illu^mus dominus Marchio, et rogans dictus Joannesgabuel suo, et dicto
nomine de premissis omnibus et singulis per me notarium ipsum fieri publicum Instrumentum dictamine sapientis si fuerit opportunum.

Ego Antonius maymonus filius quon Joannis de loco Lu- pu^nus Imperiali auctoritate notarius, et marchionalis secretarius, suprascriptis omnibus
et singulis, dum sic ut premittitur agerentur presens fui, et suprascriptum Instrumentum iussus et rogatus recepi: quod alijs occupatus negocijs
per alium mihi fidum scribi feci, et in suprascriptam formam redegi. Et quia facta diligenti auscultatione cum originali meo concordare
inueni, ideo hic me subscripsi cum appositione soliti signi mei tabellionatus in testimonium veritatis et in fidem omnium premissorum.

346. Nº 25. F. 2 N. 4.

Investitura Nobili Henrici et Nobilis Jo. Gabrielis Man[illegible] fratrum [illegible] Alexandri de anno 1506. 11. Novembr.

a Dn.ª [illegible]

1506. Nov. 11

INVESTITVRA I

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 24 (57)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1865980439-17/fragment/page=0002